Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. Rex, Lithwanieque princeps supremus et
heres Russie. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quod nos attendentes fidelia
servicia Nobilis Stogniei de Sethmyszko adhuc olim serenissimo genitori nostro et demum nobis
exhibita, atque etiam ut ipse cum maiori diligencia contra infideles Thartaros crucis Christi inimicos
in partibus Podolie perseverare valeat, sibi et suis successoribus legittimis in et super opido Olthn-
schkowcze atque etiam super villa dicta Kolb cum eorum pertinenciis alias przyschotky in districtu Ca-
menecz sitis centum marcas communis pecunie numeri et monete Polonicalis inscripsimus et tenore presencium
inscribimus. Quemadmodum opidum Olthnyskowcze et villam Kolb cum predictis pertinenciis et aliis
utilitatibus quibuscumque censeantur nominibus idem Stognieus tenebit habebit et possidebit tamdiu
quousque sibi aut suis successoribus prefate centum marce ad integrum fuerint persolute, quibus
solutis possessio predicti opidi Olthnyskowcze et ville Kolb cum pertinenciis predictis ad nos revertetur,
salvo iure castris tamen iuribus regalibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
[illegible]

Lecta per Albertum de Zychlin
[illegible] cancellarium

Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. Rex, Lithwanieque princeps supremus et
heres Russie. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quod nos attendentes fidelia
servicia Nobilis Stogniei de Schenissko, adhuc olim serenissimo genitori nostro et demum nobis
exhibita, atque eciam ut ipse cum maiori diligencia contra infideles Thartaros crucis Christi inimicos
in partibus Podolie perseverare valeat, sibi et suis successoribus legittimis in et super opido Olthin-
schkowo atque eciam super villa dicta Kolb cum eorum pertinenciis alias Przischotilky in districtu Ca-
menecensi sitis centum marcas communis pecunie numeri et monete Polonicalis inscripsimus et tenore presencium
inscribimus. Quodquidem opidum Olthinschkowo et villam Kolb cum predictis pertinenciis et aliis
utilitatibus quibuscunque censeantur nominibus idem Stogniew tenebit habebit et possidebit tamdiu
quousque sibi aut suis successoribus prefate Centum marce ad integrum fuerint persolute. Quibus
solutis possessio predicti opidi Olthinschkowo et ville Kolb cum pertinenciis predictis ad nos revertetur
pleno iure, salvis tamen iuribus Regalibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est appensum. Datum Bude feria quinta proxima post festum Epiphaniarum domini
Anno Nativitatis eiusdem Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo tercio

Relacio magnifici Petri de Szczekoczini
Regni Polonie vicecancellarii

[illegible] Wladislao [illegible]

[illegible]

1442

16

S. Bernardus

LX

[illegible]